

DISSERTATIO
PHILOLOGICO - HERMENEVTICA
ORACVLI ROM. I, XVII.

VOCES: ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗ ΘΕΟΥ AC EK ΠΙΣΤΕΩΣ EIS ΠΙΣΤΙΝ
EVOLVENS

Q V A M

RECTORE VNIVERSITATIS EBERHARDINO-CAROLINÆ
MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO ATQVE POTENTISSIMO DOMINO
DOMINO

C A R O L O

DVCE WVRTEMBERGIÆ AC TECCIÆ REGNANTE REL.
PRÆSIDE

JOANNE JACOBO BAUR

S. THEOL. D. ET PROF. E., LL. OO. ET GRÆCÆ
ITEMQVE ELOQ. ET POËS. P. O.,
SOCIET. THEOLOG. PHILOL. BASILEENSIS, ITEMQVE LITER.
ELEGANTIOR. LIPSIENSIS, LATINÆQVE JENENS.
MEMBRO HONORAR.

AD D. AVG. MDCCLXXIV.

DEFENDENT

PHILIPPVS HENRICVS SCHVLER, SCHORNDORF.
JOANNES PHILIPPVS LEIBIVS, BIETICANVS.
MAGISTERII PHILOS. CANDID. ET SERENISSIMI STIPENDIARII.

T V B I N G Æ
LITTERIS FVESIANIS,



I. N. D.

ORACVLI Rom. I, 17.

Textus originalis græcus.

Δικαιοσύνη γὰρ θεῶν ἐν αὐτῷ ἀποκαλύπτεται ἐκ πίστεως εἰς πίσιν, κατὰς γεγραπται, Ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται.

* Quæ criticis hic sunt, ad hæc pauca redeunt: δικαιοσ. γάρ) δικαιοσ. δὲ Alex. * κατὰς) καὶ κατὰς Mont. * ζήσεται) ζῆ Vel. vivit Vulg. Clar. Lat. Arab. Hieron. Ambros. Orig. ex Versione Ruffini. Ms. Iren. (sed in edito, VIVET.) Sed tum plures auctoritates pro nostra lectione pugnant, tum nulla trium variantium sensum textus, quoad rem ipsam, vel tantillum mutat.

** Versio Syriaca plane concordat; δικαιοσύνη autem vertitur per vocem ܩܝܢܘܬܐ, restitudo. Benignitatem, misericordiam &c. per alias voces exprimit. Versio æthiopica simul παράφρασιν quandam continet --- nam justificabit eos Deus, qui credunt per fidem ---

Versio B. Hieronymi.

Justitia enim Dei in eo revelatur ex fide in fidem.

Versio B. Lutheri.

Sintemal darinnen offenbaret wird die Gerechtigkeit, die vor Gott gilt, welche kommt aus Glauben in Glauben.

§. I.

Thema *primarium*, quod divus Apostolus Paulus in epistola ad Romanos tractat, nostro hoc in Oraculo proponi, manifestum est omnibus. Salvificæ enim Evangelii doctrinæ v. 16. hoc argumentum & hanc summam esse asserit: quod revelet δικαιοσύνην θεῶν ἐκ πίστεως εἰς πίσιν --- idque ex v. 16. εἰς σωτηρίαν. Tractatio-

tionem deinceps ipsam ita instituit, ut *nullum hominem justitiam propriam habere* demonstraret. *Non gentiles* Cap. I. v. 18. seqq. *Non Judæos* Cap. II. & III. --- v. 20.; proinde *per fidem in Christum Jesum* (Cap. III, 24.) *justificari omnes*. Cap. III, 21--31. & Cap. IV. toto. Denique *fructus justificationis per fidem* exponit. Cap. V. VI. VII. VIII.

Hæc itaque doctrina gravissima ac momentosissima est, à qua quippe omnis vera salus hominum pendet. Proinde etiam Theologi nostri articulum de *Justificatione per fidem* appellaverunt *doctrinam maxime fundamentalem, acropolin ac centrum salutaris doctrinæ*. a) Atque ita sensere tantum non omnes nostræ Ecclesiæ doctores inde à b. *Luthero* usque ad hæc fere tempora. Hodie tamen tota vis atque *ἐνέργεια* salutaris hujus doctrinæ non tantummodo a multis negligitur & contemtim habetur, sed & cum omni contentione oppugnatur. Hoc ipsum me movit, ut in rationes *philologico-hermeneuticas* argumenti *de justificatione hominis coram Deo*, quæ ex vocabulis: *δικαιοσύνη Θεοῦ* (in Evangelio Christi) & ex voce *πίστις* derivandæ sunt, sollicitius inquirere, apud me constituerem. Fit hoc ex ea occasione, quod biga Perex. atque Præstantiss. Dnn. Candd. Magisterii philosophici profectus in Philologia sacra publice commonstrare gestit. Faxit DEVS, ut omnia in sui Nominis gloriam cedant!

§. II.

Cum autem hæc disputatio *philologico-hermeneutica* esse debeat, & vero *Hermeneutices* regulæ, ad divinam scripturam applicatæ, varia expertæ fuerint fata, ut alias prorsus negligenter, & quicquid humano ingenio arridebat, s. scripturæ inferretur; alias,

a) Vid. S. R. D. SARTORIUS in *Posit. theol.* p. 296. Consentit celeberr. SEMLERUS in *Institut. ad doctrinam christian. liberaliter discendam.* MDCCLXXIV. p. 562. „arcem & pupillam sanioris doctrinæ *Justificationem* multi dixerunt; suo sane jure, --- (sed tamen addit) si redimus in illa tempora tenebrarum & malignitatis publicæ, quæ religione & conscientia bonorum hominum ad aliorum pravitatem abutebatur ---

cum rationes rectius viderentur iniri, nunc nimio *cum rigore*, nunc iterum nimia cum *laxitate & promiscua applicatione* adhiberentur; ante omnia de hoc puncto paucis aliquid monendum est. Veniamus in rem præsentem, sed non tangamus nisi ea, quæ in expositionem *dicti* nostri influxum habent.

§. III.

Sic v. gr. regula hermenevtica, omnino bona & fundatissima hæc est:

ad interpretationem alicujus libri genuinam in subsidium quoque vocandos esse alios libros vel in eadem, vel & cognatis linguis, scriptos.

Quæ regula si adplicetur ad N. Test. græcum quis est, qui in dubium vocare velit, ex diligenti lectione auctorum græcorum, quos profanos dicimus, multum sæpe lucis textui sacro affundi posse? Immo, quis non agnoscat gratus doctissimorum Virorum hanc in rem merita, gratusque fruatur iis, quæ nobis jam *olim* exhibuerunt: *Camerarius, Erasmus, Casaubonus, Er. Schmidtus &c.* atque *recentius: Raphelius, Almeloveenius, Munthius, Eckhardus, Elsnerus, Bos, Adami, Kypkius, Zornius, Krebsius, Moshemius, Carpzovius b) &c.*? Quis denique non accendatur desiderio, vestigia præstantissimorum hujuscemodi virorum legendi? Attamen altera regula:

Scripturam sacram ex se ipsa explicandam esse ideo contemni, vel explodi non debet. Qui enim, cum hoc de puncto disputatur, *ἀνταρξιστῶν* s. scripturæ celebrant, *abusum* potius, quam *verum & legitimum usum*, nostra ex sententia notare vel voluerunt, vel si mavis, *ex parte* debuerunt. Certe enim ipsa dogmata *religionis revelatæ* ex mere humanis scriptis & loquendi formulis accuratius definire & uberius illustrare frustra tentaveris.

Quin

b) Hic *vira* celeberr. Theol. Helmstad. hoc nomine præter alia optime meritus est de *nostra epistola*. Vid. stricturas theologicas & criticas in epistol. S. Pauli ad Rom. & adspersos flores ex *Philone Alexandrino*. Helmstad. MDCCLVIII.

Quin periculum maximum est, ne ordinem salutis, quem Deus manifestavit, in eum refingas, qui tuo ingenio arridet, quasi ipse dux viæ tuæ ad æternitatem esse posses. Quæ ad Platonem ex hebræorum doctrina religiosa, nescio qua via, dimanarunt, at quantæ obscuritati involuta fuerunt, cum ea suis philosophematis immisceret. Verum ut in viam redeamus, magni æstimamus omnia subsidia ad interpretationem s. scripturæ, etiam foris allata; agnoscimus tamen vicissim lubentes, multa aliunde lucis nihil fœnerari posse. Atque hoc censu veniunt nobis nostro in loco: *δικαιοσύνη Θεῶν* --- & *πίστις*. Consentientem habemus quoad hancce cautelam Celeberr. *Ernesti*, c) cujus verba ita habent: „Sunt non pauca in his libris nove dicta propter novitatem rerum: non quo nova religio tradatur, sed quod vetera magis perspicue, & proprie, & distincte traduntur, remotis figurarum & allegoriarum umbris: propter quæ etiam novis verbis & formis dicendi opus erat, in quibus sunt plura propter similitudinem aliquam accommodata rebus tradendis: quæ, ut hoc obiter addamus, non profecto ab ipsis Apostolis inventa sunt, aut inveniri potuerunt: majoris ingenii & scholæ artibus subacti hoc est: sed ab ipso Spiritu S. iis suppeditata sunt. In quo est permagnum verborum divinitus inspiratorum argumentum. Ex eo genere sunt *τέρας, δαιμονίζεσθαι, τάρταρος, ἄδης, ἀναγενναῖν*, & alia. d),

§. IV.

Porro canon hermenevticus quantivis pretii est, ut interpres nunquam negligat attendere:

ad quos, quibus principiis imbutos, quo loco, quo tempore, quibus sub circumstantiis, quo situ multarum aliarum rerum &c. scriptor aliquis locutus sit. e)

Nam

c) Institutio Interpretis N. T. Lips. MDCCLXV. P. I. S. II. Cap. III. p. 51.

d) Hisce si ex epistola nostra addamus: νόμος, ἀμαρτία, πνεῦμα, σὰρξ, δικαιοσύνη, δίκαιομαι, δικαίωμα &c. atque ex nostro loco *δικαιοσύνη Θεῶν, πίστις*, contra mentem Viri Celeberr. id fieri non existimamus. Vid. inferius.

e) Prolixiora verba S. R. *Ernesti* Vid. Instit. Interpr. p. 11. „*Vfus autem*

Namque omnino scriptum aliquid esse potest, κατ' οἰκονομίαν, per συγκατάβασιν, κατ' ἄνθρωπον &c. quod nemo facile negaverit. Ad ipsam itaque sacram scripturam hæc pariter adplicari poterunt; sed qua lege & quacum verecundia id fieri debeat, solidissime, uti solet, demonstravit *Celeberr. & Colendiss.* nobis, D. REVSS, *Cancell. Tubing.* f) Cum doctiss. SEMLERVS istas *cautelae* regularum hermenevticarum, suo nomine laudandas, eo usque ampliaverit, ut in locum ipsarum regularum ab ipso suffectæ videri nunc debeant: g) vix fidem invenit, quod tamen factum est, hanc interpretationis methodum in ipsam quoque exegetin epistolæ ad Romanos, illatam ab illo fuisse. h)

§. V.

tem loquendi multis rebus definitur, tempore, religione, secta & disciplina, vita communi, reipublicæ denique constitutione: quæ fere efficiunt characterem orationis, qua quisque scriptor tempore quoque usus est, &c.

f) Disquisitio theol. hermenevtica de *Oeconomia*, qua in docendo ipse etiam *Dominus* usus esse dicitur. 1773

g) Ita sæpissime: v. gr. „loca, quibus obscuritas adhuc inest, etiam post tot interpretum studia, sunt fere ejusmodi, ut ad οἰκονομίαν ejus temporis pertineant. „ Appar. ad liberal. N. T. interpret. p. 20 --- „ ea oratione *Christus* & *Apostoli* usi sunt, quæ istis hominibus facilius conveniebat; itaque non omnes sententiæ sunt καθολικαί, dictæ *νυκτός* & ἕως αἰληθῶς; multæ sunt κατ' ἄνθρωπον. Appar. vix dum citatus p. 182. sq.

h) Ita *Vir doctiss.* in præfat. ad Paraphr. epistol. ad Rom. „ Solebam commentarios numero non paucos, alios post alios in consilium adhibere; atque sic perspiciebam, etiam meliores quosdam auctores tamen non raro à Pauli historicis sententiis secedere longius, atque ad theologicum locum graviter referre partes, quæ ei tantum tempori atque consilio maxime aptatæ fuerant. „

* In hoc puncto optarem luculentius informati fuisse, quo pacto, ita dictæ, *historicæ sententiæ* etiam gravissima religionis & doctrinæ christianæ capita, in s. script. passim iisdem verbis & formulis propofita, sub se complectantur. Sic quoque desideramus hoc, ne unicum quidem *meliorum auctorum*, ex nostra Ecclesia, ad hæc usque tempora allegatum fuisse, qui non longius ab istis *historicis sententiis* secesserit.

Prolixius vero adhuc *vix Celeberr.* hæc tradit: „ suo sane jure (multi *Justi-*

§. V.

Inter Epistolas quidem, non tantummodo *Paulinas*, sed & reliquas, à diversis Apostolis divino afflatu scriptas, omnium minime *Epistola ad Romanos* admittit eam, quæ ex Celeberr. SEMLERI sententia methodus κατ' ὁμολομίαν dicitur. Asserti rationes dabimus.

Justificationem arcem & pupillam sanioris doctrinæ dixerunt) si redimus in illa tempora tenebrarum & malignitatis publicæ, quæ religione & conscientia bonorum hominum ad aliorum pravitatem abutebatur., vid. not. a). --- Nunc vero pergit: „Recte & illi statuerunt, qui Paulum luculentissime hoc caput exposuisse, atque firmum doctrinæ fundamentum sic posuisse observabant. Sed & illud tenendum est, ratione rei & causæ ipsius, ratione temporis etiam, in homine eodem, qui dicitur μετανοήσας & μισέειν, locum habere hoc beneficium, quod *justificatione* describitur. Dicere jus fas esset, Deum, qui largissime pollicetur peccatorum veniam, jam ipsum impertiisse omnibus hanc gratiam; ut homines ipsi tantum, hoc demum ordine fiant certi, ex usu & experientia tantorum adjumentorum, & intelligant, Deum ipsis omnino favere; ut non tam Deus ipse ferat hoc potius ordine sententiam illam, quasi judex in foro, hunc reum carere omni crimine & reatu, quam homo jam demum perspiciat, hujus tam inusitatæ clementiæ verum omen, ex illa nova historia..”

* Hisce nihil artificiosius in scholis theologorum unquam auditum fuit. Jesus Christus mortuus est, (hoc est factum historicum) propter nostra delicta traditus, & propter nostram justitiam resuscitatus est. Rom. IV, 25. hoc est dogma *primarium* sanctissimæ nostræ religionis, inde à Protevangelio passim in Scripturis V. T., imprimis Jes. Cap. LIII. abundantissime declaratum, & per totum N. Test., Deo huic doctrinæ per miracula testimonium omni contradictione majus perhibente Hebr. II, 4. solidissime confirmatum. Jam scenam istam non intelligimus, in qua Deus quasi *Judex* sinitur & homines quasi *rei*; qui tamen ex mero Dei favore absolvantur, ne vel verbulo quidem tacta Jesu Christi satisfactione, quam tot loca nostræ epistolæ voce alta proclamant. Quod ad ista tenebrarum & malignitatis publicæ tempora attinet, quamvis nihiloscilicet *literæ ac scientiæ humanæ* in statu florantissimo fuerint, non videmus, tantum discriminis interesse, si totum orbem, qui hodie *christianus* vocatur, penitus consideremus. Sed abrupimus hoc filum, cum in hæc ulterius excurrere nostri nunc instituti non sit,

1. *Syſtema totius Theologiæ, unius ejusdemque religionis ſalviſicæ, ſub Veteri & Novo Teſtamento* hiſce in Capp. exhibetur, quod pauciſſimis in eo conſiſtit: a) omnes in univerſum homines eſſe natura peccatores, ideoque Deo placere, vel pro juſtis unquam agnoſci non poſſe. b) Omnibus vero hominibus ex ineffabili gratia Dei propoſitam eſſe *juſtitiam* per *Jeſum Chriſtum* nobis partam, quæ per *Fidem* noſtra fiat. c) Omnes denique homines, qui *per fidem* hanc ſibi juſtitiam approprient, pacem nunc habere cum Deo; ſanctimonix ſtudioſos eſſe poſſe ac debere, atque ſpem veræ ac æternæ ſalutis habere certiffimam. Hæc ſi κατ' οἰκονομίαν ab Apoſtolo dicta ſunt, erit abſque dubio œconomia Dei circa omnes ſalvandos. i)
2. Scripſit porro Paulus ad Eccleſiam ex Gentilibus & Judæis collectam k), & quidem in primaria tum urbe totius noſtri orbis. Unde liquido patet, eum omnibus & ſingulis, quotquot ea frui non dedignarentur, ex paribus rationibus hancce doctrinam tradidiſſe.
3. Atque etiam Paulus Cap. VII. eam viam nobis deſcribit, qua ipſe ad vitam veram emerſerit, unde tantopere cum omnibus, qui eluctati ſunt, lætatur & gloriatur Cap. VIII. Cum Paulo vero, qui inſignem aliquam probitatem vel in ſtatu priori ſuo de ſe prædicare potuit Phil. III, 6., quam myriades hominum de ſe prædicare non poſſunt, quam tamen ut prorsus rejiculam vividiffime agnovit, quis non optet eadem ad ſalutem veram procedere via?

B

§. VI.

- a) Sunt quædam loca hac in epiſtola, ubi ipſe Paulus indicat, ſe aliquid κατ' ἀνθρώπων dicere. v. gr. Cap. III, v. 5. *homo humanitus ſic poſſet cogitare.* Sed ita argumentari non licet. --- μή γένοιτο. Rom. VI, 19. ἀνθρώπινον λόγῳ. *Accommodo me infirmitati veſtræ.* Ad quæ loca addas velim 1 Cor. IX, 8. Gal. III, 15. Sed unusquisque facillime perſpicit, hæc adeo non inſervire hypotheſi *Semlerianæ*, ut potius contra eam adhiberi poſſint.
- b) Conſtat id ex Cap. I, 16. ſeqq. Cap. XI, 13. ſeqq. quod gentilium, qui nunc in unam eandemque Eccleſiam cum Judæis, Romæ degentibus, coaluerant, uſque pariter ratio habita fuerit.

§. VI.

Hæc vero omnia hætenus nullo alio fine dicta sunt, nisi hoc, ut sine interpellatione prævia, nunc nobis liceat oraculi nostri voces explicare ex ipsa *scriptura sacra*, hoc est: *ex materia substrata* sive *ex textu & contextu*; *ex scopo Apostoli*; atque *ex parallelismo verbali & reali scripturario*. Ultra non progrediemur. Proinde etiam, si forsan aliquis aliter sentientium hæc legat, & nunc illico sententiam ferat: omnia psittaci more ex compendiis & systematibus denuo recitata esse; ab eo unice expetimus hoc, ut nobis amice ostendat & demonstret, ubi à vero sensu vocum & phrasium Paulinarum deflexerimus. Hæc ceteroquin Pauli epistola ad Romanos, cum ipsa sit compendium veræ salutiferæ doctrinæ, occasionem dedisse existimanda est concinnandis compendiis & systematibus nostris theologis, quæ, quotquot materias in toto Codice sacro sparsas, cum delectu dictorum probantium, singulis in capitibus nervose exhibent, nec utilitate eximia carent, & idcirco sua laude promerita nonnisi ab ingratis destituuntur.

§. VII.

Evolvamus agedum Oraculi nostri verba singula.

Δικαιοσύνη γὰρ Θεῶν ἐν αὐτῷ ἀποκαλύπτεται. Particula γὰρ versiculum nostrum intime connectit cum proxime antecedenti. Est hic conjunctio *causalis postpositiva*, uti Matth. I, 20. Rationem enim reddit Paulus, cur ipsum Evangelii Christi non pudeat. *Evangelium est latissimum istud nuncium de Christo, qui suo merito Deum nobis propitium reddidit, & salutem omnigenam peperit, cujus omnes per fidem participes fieri possumus*. Hæc notiones omnes expressas videas Cap. III, 24. 25. præcipue in vocibus *δικαιῶσαι δωρεάν, χάρις, ἀπολύτρωσις, ἱλαστήριον* (sacrificium piaculare) *ἐν τῷ αὐτῷ ἁματι, πίσις*. Add. 1 Cor. I, 30. ubi declaratur, quid Christus nobis a Deo factus sit: *σοφία, δικαιοσύνη τε καὶ ἁγιασμός καὶ ἀπολύτρωσις*. Cum Paulus alibi doctrinam hanc salutiferam paucissimis verbis complectitur, ita se exprimit: *ἡμεῖς δὲ κηρύσσομεν Χριστὸν ἐν ἰσαυρωμένον* — 1 Cor. I, 23. Hujus doctrinæ puduit tum temporis

poris multos, & Judæos & Græcos, ac hodieque ejus pudet non paucos vel ex ipsis *Christianis*. Nunquam adhuc declaratius id factum est, quam nuperrime à *polygrapho Basendovio*. 1) Paulum contra non puduit Evangelii; non erubuit unquam, cum vel se ipsum in illo plenissime & unice confidere asseveraret, vel & alios, ipsos quoque Athenienses, literis & sapientia humana tum florentissimos, ad id amplectendum invitaret. Act. XVII, v. 31. seqq. Hominem ambitiosum, divitem, vel sua ipsius sapientia, prudentia, meritis ac prærogativis fretum, facile indignari videas, si aliorum gratiam implorare jubeatur. Hoc ipso sensu iste prodigus œconomus, dum sibi in suis angustiis consulere vult, ἐπατεῖν, inquit, ἀχίνομαι. Luc. XVI, 3. Quamvis hominum nullus eo impudentiæ facile processerit, ut se per gratiam Dei vivere, & quibuscunque, quæ illi obtingunt, beneficiis frui neget; tamen si de singularissima ista gratia in Evangelio sermo sit, multi ἐπατεῖν ἀχύνονται. Quæ qualis sit videamus.

§. VIII.

Δικαιοσύνη Θεῶ) quem sensum hæc verba fundant, accuratissime examinari debet. Intelligi vero non potest nostro in loco

- 1) *Justitia Dei essentialis*, quam habet, quia DEVS est, quamque exercet, cum unicuique suum tribuit & adjudicat; bono bonum, malo contra malum. Recte definitur hæc *justitia Dei* à philosophis nostris ita, quod sit: *ipsa Dei bonitas, verum sapienter temperata*. Deus enim non solum summa tum sapientia tum bonitate excellit, sed cum omni perfectionum dissen-

B 2

su

- 2) *Bernhards aus Nordalbingien* (ita mutato nomine Ipse vult compellari) *Vermächtnis für die Gewissen. Vorrede S. II.* „Verzeiht mir Ehrwürdigke, daß ich euch einmal im Nahmen der Nicht-Christen antworte: Wie denkt ihr das anzufangen? (nemlich die Menschen zum Christenthum zu führen) auf unsere Hülfe werdet ihr doch wohl keine Rechnung machen -- denn wir glauben euer Römisches, Wittenbergisches, Heidelbergisches oder Athanasisches Christenthum nicht; und weil uns kein anderes bekannt ist, so glauben wir gar keines. &c. Datur quintum! Cur nihil de Apostolico & Paulino Christianismo, ad quem omnes reliquas formas omnino fas est examinari?

fu careat, bonitatem sapientiæ maxime attemperatam habeat
 necesse est. In hoc vero consensu posita est summa justitia.
 Igitur in illis quæ facit Deus, tantum boni exhibet, quantum
 sapientia permittit, nihilque adeo, quod hæc prohibet, lar-
 gitur. *m)* Hoc quidem sensu passim in Script. S. *justitiæ Dei*
 mentio fit. v. gr. Rom. Cap. III, 5. Atque ut summatim omnia
 complectamur: hoc sensu *justitia Dei* est ex una parte, ut hanc
 promissionem dederit: *fac hoc, & viues*. Luc. X, 28. coll. Lev.
 XVIII, 5. atque ex altera parte, ut ita gravissime comminatus
 fuerit: Devt. XXVII, 26. coll. Gal. III, 10. *exsecrabilis esto, qui-
 cunque non steterit omnibus in legis libro scriptis, eaque præsti-
 terit.* *n)* De hac, inquam, justitia Dei, nostro in textu non
 est sermo. Namque 1) hanc ipsa etiam recta ratio cognoscit,
 nulla adhucdum revelatione collustrata, o) unde opus non
 fuisset, ut in Evangelio revelaretur. 2) Legem & Evangelium
 sibi invicem per totam epistolam usque opponit Paulus; istius
 vero justitiæ sc. essentialis unica norma est *Lex*. 3) De ea justitia
 sermo est, cujus vel *ἀσεβείας* compotes, certo ordine facit DEVS
 Cap. IV, 5. &c. Aliquos, qui de justitia Dei *vindicativa* hæc

- acce-
m) Prorsus egregia sunt, quæ hic *Cudworthus* habet: „Etenim justitia
 nihil est, quam bonitatis quidam radins, aut ipsa bonitas, certa lege
 temperata. Indissolubile est utriusque virtutis hujus in Deo vinculum.
 Sed nec bonitatem cum vitiosa lenitate, nec justitiam cum crudelitate
 fas est confundere ---. Syft. Intell. Cap. V. Sect. V. §. 25.
n) Conferri huc merentur ex. gr. verba *Clementis Alexandrini* L. I. Pædag.
 Cap. VIII. p. 114. *δικαιοσύνη ἢ πρὸς χάριν κρίνει, ἀλλὰ ἴσ' κατ' ἀξίαν ἐκάστω*
ἔστιν ἀπονεμητική. *Basilii Magni*, in Principium Proverbiorum, p. 463.
ἔστι δικαιοσύνη ἄρανίδεν ἐπαγομένη παρὰ τῶ δικαίῳ κριτῶ. ἢτε ἐπανορθωτική καὶ
ἢ ἀνταποδοτική. Item *Theophili* lib. I. ad Avtolycum, p. 245. *παιδευτὴς ὁ*
Θεὸς τῶν Θεοσεβῶν, καὶ πατὴρ τῶν δικαίων. κριτὴς δὲ καὶ πολαστὴς τῶν ἀσεβῶν.
o) Sit hoc a principio persuasum hominibus, Dominos esse omnium re-
 rum ac moderatores Deos, eaque, quæ gerantur, eorum geri iudicio
 ac numine, eosque optime de genere hominum mereri: & qualis quis-
 que sit, qui agat, quid in se admittat, qua mente, qua pietate colat
 religionem, intueri, piorumque & impiorum habere rationem. Cic.
 de Leg.

acceperint, allegat b. *Wolfius*, *Hombergium* in *Parergis* p. 188. & *Jo. Clericum* in notis ad *Versionem* suam N. T. gallicam, provocantes simul ad v. 18. p) *Rectissime* idem addit: „*Evangelium* non minatur aut terret, sed allicit potius & reficit, fidem prædicando, per quam ad justitiam coram Deo pervenire liceat. „ q) Neque tamen *omni respectu justitia Dei essentialis*, eaque etiam *vindicativa* excludi hinc debet, quod quo sensu accipiendum sit, distincte & solide monuit b. *Bengelius* r), uberius vero exposuit b. *Baumgartenius*. s) Cum ceterum a recentioribus ista interpretatio non urgeatur, ipsi quoque nolumus esse prolixiores.

§. IX.

- p) Sed nos quidem non putamus v. 18. immediate cum v. 17. coherere, sed potius cum v. 16., ut v. 17. parenthesi includendus esse videatur. Cumque ipsa tractatio incipiat, a v. 18. ejus γὰρ etiam dici potest παράδειγμα.
- q) *Curæ philol. & critic. in epistol. ad Rom. p. 16.*
- r) *Gnomon edit. noviss. Tubing. 1773. p. 635. --- „quo pacto Justitia Dei essentialis non plane excludenda est a negotio justificationis „ Cap. III, 25. seq.*
- s) *Auslegung des Briefs Pauli an die Römer. Halle 1749. ubi p. 76. & 77. hæc legas: δικαιοσύνη Θεῶν kan zweierley bedeuten: 1) die göttliche Vollkommenheit das Gute zu lieben, zu wollen, zu befelen, und zu belonen, das Böse aber zu verabscheuen, zu verbieten und zu bestrafen; oder die Fertigkeit sowol selbst das Gute zu lieben und das Böse zu verabscheuen, als auch bey seinen Unterthanen solche Liebe des Guten und Verabscheuung des Bösen aufs thätigste zu befördern: daß also die wesentliche Gerechtigkeit GÖttes in ihrer Erweisung und Wirkung dadurch verstanden werde, K. 3, 5. die sich durch diese geoffenbarte Heilsordnung eben so wol und mehr als sonst durch irgend etwas anders erweise und offenbare; da denn Θεῶν, GÖttes, der genitivus subjecti seyn würde. Nach dieser Bedeutung wil demnach der Apostel dem Einwurf begegnen, das Evangelium hebe die Gerechtigkeit GÖttes auf und stritte darwider; daher er das Gegenteil versichert, die Vollkommenheit der Heiligkeit und Gerechtigkeit GÖttes werde dadurch im geringsten nicht verdunkelt, sondern vielmehr verherlichtet. -- Doch komt 2) diese Bedeutung mit dem letzten Satz dieses 17ten Verses nicht überein --- ist auch eben nicht die Hauptsache, sondern eine Nebenabsicht und entferntere Wirkung des Evangelii. „*

§. IX.

Neque vero etiam per *δικαιοσύνη Θεῶ* intelligitur

- 2) *mera Dei bonitas, benignitas, favor, gratia, clementia, misericordia.* Ita v. gr. *Joh. Lockius*: „denn es wird darinnen die *Gerechtigkeit, welche die unverdiente Gnade Gottes ist, durch Jesum Christum geoffenbaret.*“ t) Ita *Joh. Taylor*, „es wird auch darinnen das Heil, welches *Gott nach seiner Barmherzigkeit der sündlichen Welt zgedacht, geoffenbaret.*“ v) *Eadem fere ratione Damnius*; sed tamen adhuc majori cum *licentia sese exprimit*: „*Sehet hier den Haupt-Innhalt des Evangelii — Es leret den göttlichen Vorsatz, daß der elende Sterbliche, der auf so mannigfaltige Art wider seine Pflichten handelt, durch nichts anders, als durch die erbarmende Gnade Gottes, Vergebung erlangen soll. Er soll nicht durch eigene oder fremde Genugthuungen oder Verschmungen der höchsten Majestät, eine Gerechtigkeit, d. i. eine gnädige Vergebung seiner Sünden, erlangen: sondern Gott will ihm dieselbe schenken, er soll sie nur dankbarlich annehmen in der Ordnung des eifrigen Vorsatzes, nicht wissentlich und freventlich zu sündigen. Dis ist die Gerechtigkeit Gottes aus Glauben.*“ w) *Celeberr. Semlerus hunc in modum*: „*Hoc enim quod antea minus luculenter patebat, mea illa doctrina ad homines omnes maxime confirmatur, æquissimum & benignissimum in humanum omne genus Deum*

se

- t) *Paraphrastische Erklärung und Anmerkungen über S. Pauli Briefe aus dem Englischen übersetzt, und mit Anmerkungen --- versehen von D. J. G. Hofmann Frankf. 1768. ad h. l.*; quamvis *Lockius Anmerk. (4) δικαιοσύνη Θεῶ* iterum aliter exponere videatur. Qualis *disensus cum frequentius hac in paraphrasi occurrat, Cel. Michaelis notulam adspersit in der Vorrede*: *Ob Locke auch in gewissen Lehren, als in der von der Rechtfertigung, anders gedacht habe, wie Paulus, will ich nicht entscheiden, da die Sache nicht ganz klar ist. Conf. Celeberr. Ernesti N. Theol. Bibl. X Band. p. 883.*
- v) *Paraphrasis und Anmerkungen über den Brief Pauli an die Römer, Zürich. 1774.*
- w) *Uebersetzung des Neuen Testaments. 1765. ad h. l.*

se exhibuisse --- ille demum justus & probus (Deo placet) qui Dei præstantissimam naturam & veritatem reveritus, fide & fiducia in Deum, non caret, atque hic salutem & felicitatem quam a Deo exspectat, nanciscetur,, x) Celeberr. Bahradius hanc nobis versionem exhibet: „denn in dieser Religion, welche uns von einer Stufe des Glaubens zur andern fortführt, erkennt man ganz unwidersprechlich deutlich jene allgemeine Gnade Gottes, welche, wie dort Habakuk sagt, allen, die im Vertrauen auf ihn sich der Rechtschaffenheit und Tugend befleißigen, Heil und Seligkeit verheißet,, y) Ne allegationes nimium cumulemus, cum tenor earum, quoad summam rei, fere unus idemque sit, præterimus alia, quorum messis adhuc non parva daretur.

§. X.

Δικαιοσύνην etiam significare *benignitatem, gratiam, liberalitatem, misericordiam* &c. non potest prorsus negari, eoque minus, quoniam ipsam definitionem justitiæ notio quoque *bonitatis* ingreditur. §. VIII. Ita in V. T. *רַחֵם*, v. gr. Pf. CXLIII, 1. *וְרַחֵם אֶתְּנוּ* add. Pf. CXII, 9. : *וְרַחֵם אֶתְּנוּ* cum quo loco conferas 2 Cor. IX, 9. 10. ubi eodem sensu bis *δικαιοσύνη* occurrit. Accenseri possit Matth. I, 19. -- LXX: Interpp. quidem *רַחֵם* & *רַחֵם* sæpius per *ἔλεος* & *ἐλεημοσύνη* verterunt. Atque apud Rabbinos *רַחֵם* frequenter ipsam *eleemosynam* connotat. Ex N. T. extantiora loca hinc congerere, frustra tentaveris. Matth. tamen VI, 1. *τὴν ἐλεημοσύνην ὑμῶν* *Vulgata* reddit: *ne justitiam vestram faciatis*. Ex occasione allegatorum dictorum *Patres* etiam quidam *δικαιοσύνην* per *φιλανθρωπίαν* explicuerunt, quam v. gr. *Chrysostomus* in Pf. CXLIII, 1. merito de Deo usurpari existimat: quia *παρὰ μὲν ἀνθρώποις τὸ δίκαιον ἀπιστέρηται τῷ ἔλεος παρὰ δὲ τῷ Θεῷ ἔχεται, ἀλλὰ ἀναμίχεται τῷ δίκαιῳ καὶ ἔλεος καὶ τοσούτον, ὡς καὶ*

x) *Paraphras. epistol. ad Rom. Halæ Magd. 1769. p. 8.*

y) *Neusten Offenbarungen Gottes, dritter Theil. Riga 1773. p. 8. 9.*

καὶ αὐτὴν τὴν δικαιοσύνην Φιλανθρωπίαν καλεῖσθαι. Addimus Theophylacti ad 2 Cor. IX, 9. expositionem: ἡ δικαιοσύνη, τετάρτη, ἢ Φιλανθρωπία (ἔτω γὰρ αὐτὴν καλεῖ ὁ δικαιοῦσας τὸν ἄνθρωπον, καὶ διαλύσας τὰ ἁμαρτήματα) αὐτὴ γὰρ μένει εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ τὸν ἐνταῦθα, καὶ τὸν ἐκεῖ κἀντιῦθεν γὰρ ὁ ἐλεήμων ἀγαπητὸς πᾶσι, καὶ τοῖς ὀψιγόνοις οἱ ἀπόγονοι αὐτοῦ. 2) Apud auctores profanos ea quidem Theognidis gnome legitur: ἐν δὲ δικαιοσύνη συλλήβδην πᾶσ' ἀρετῆ' ἔσι; sed tamen si de definitione justitiæ fermo sit, Aristoteles hanc exhibet Eth. L. V. C. 5.: καὶ ἡ μὲν δικαιοσύνη ἐστὶ κατ' ἑνὸς ὁ δίκαιος λέγεται πρακτικὸς κατὰ προαίρεσιν τῶ δικαίῳ, καὶ διανεμητικὸς καὶ ἑαυτῷ πρὸς ἄλλον, καὶ ἑτέρῳ πρὸς ἕτερον. Jam vero ne unicus quidem locus ex toto N. T. in medium potest produci, in quo hæc vocabula: (δικαιοσύνη Θεῶ) abstrahendo ab Ejus sanctitate, vi cujus δικαίωμα suum, secundum ipsa sanioris philosophiæ principia, abnegare nullo modo potest, in isto, quem alii volunt, sensu supra citato, leguntur. Cum homo δίκαιος dicitur, qui æquus, beneficus, liberalis est, cumque homini δικαιοσύνη quædam tribuitur, eleemosynas eroganti, certe nemo dixerit, hæc eadem ratione ad DEum applicari posse. Neque etiam istiusmodi specimina amoris, ab homine aliis hominibus exhibita, quidquam valent, nisi τοῖς λαχῶσι πίσιν ἐν δικαιοσύνη τῷ Θεῷ καὶ σωτῆρος Ἰησοῦ χριστοῦ. 2 Petr. I, 1. seqq. Unde summa cum ratione concludimus Theophylactum de statu hominis justificati locutum esse. Chrysostomus autem pro nobis stat: --- παρὰ δὲ τῷ Θεῷ --- ἀναμείκται τῷ δικαίῳ καὶ ἔλεος --- ὡς καὶ αὐτὴν τὴν δικαιοσύνην Φιλανθρωπίαν καλεῖσθαι. aa) -- Omnium minime, uti in tota ad Romanos epistola, sic etiam nostro in loco, in quo ejus summa proponitur, δικαιοσύνη Θεῶ, ista ratione explicari potest? Asserti dabi-

mus

2) Plura vid. in præstantissimo J. C. Suicero thesauro eccles., divinæ humanæque sapientiæ refertissimo. ad vocem δικαιοσύνη pag. 913.

aa) Φιλανθρωπία hæc Dei Tit. III, 4. artissime combinatur cum verbis v. 7. sequentibus: διὰ Ἰησοῦ χριστοῦ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, ἵνα δικαιοθῶντες τῇ ἐκείνου χάριτι, κληρονόμοι γενώμεθα κατ' ἐλπίδα ζωῆς αἰωνίης.

mus rationes. 1) Per istam *meram benevolentiam, beneficentiam & gratiam*, rectius diceretis, *conniventiam ac indulgentiam*, notiones Evangelii definitionem ingredients §. VII. adeo non exhauriuntur, ut dicendum esset: in ista prima promissione gratiosa Gen. III, 15. multo plura contineri, quam quæ unquam complementum suum nacta fuerint. *Μὴ γένοιτο*. Ita Apostoli Pauli formula utor, quam frequentius in hac epistola adhibet. 2) *Sanctitatem justitiamque Dei* nullibi hac in epistola collidi legas cum *Gratia*, ut isti per hanc aliquid detrahatur. Omnibus *ὀργὴ Θεῶ* denunciatur, Cap. I, 18. coll. III, 23. Omnibus *ὁδὸς εἰρήνης* manifestatur, quam ingressi, dicuntur: *δικαιέμενοι δωρεὰν τῇ αὐτῇ χάριτι, διὰ τῆς ἀπολυτρώσεως τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ*. Cap. III, 24. 3) Ita vero simul fundamentum & ratio objectiva indicatur, cur Deus loco *ὀργῆς* exhibeat *χάριν*, cum contra lector in declaratione istius sententiæ §. IX. lacunam semper ingentem sentiat, atque jure optimo miretur, cur *de Jesu Christo* altum silentium sit, qui Evangelium non tantummodo *predicavit* solenniori etiam quadam ratione, sed ipse *paravit & effecit καταργήσας μὲν τὸν Θάνατον, φωτίσας δὲ ζωὴν καὶ ἀφθαρσίαν &c.* 2 Tim. I, 1. Conf. tota ubique nostra epistola, additis locis Act. IV, 12. XX, 28. 1 Cor. I, 30, III, 11. &c. 4) Hæc *δικαιοσύνη Θεῶ* dicitur in Evangelio *ἀποκαλύπτεσθαι*. Non negamus, hocce verbum denotare quandoque etiam id, quod per experientiam rectumque rationis usum nobis manifestum fit. Ita facile concedimus, illud accipi versu subsequenti 18. In sacra ceteroquin scriptura ut plurimum de revelatione rei vel facti adhibetur, cujus cognitionem homo ex suis viribus non fuisset affecutus. v. gr. Matth. XI, 25. Joh. XII, 38. Rom. VIII, 18. 1 Cor. XIV, 30. imprimis Eph. III, 5. &c. Ita dicitur *ἀποκάλυψις Ἰησοῦ Χριστοῦ*, cujus præconem declaravit Johannem. *bb)* Unde *Aretas* in Cap. I. Apoc. p. 883. *ἀποκάλυψις ἐστίν, ἡ τῶν κρυπτῶν μυστηρίων δήλασις, καταυγαζομένη τῇ ἡγεμονικῇ τῆς ψυχῆς, ἢ διὰ θείων ὀνειράτων, ἢ πε κατ' ἕπαρ, ἐκ Θείας ἐλλάμψεως.* *cc)* Absque ulteriori prolixitate applicare hæc possumus ad nostrum oraculum: namque Evange-

C

lium



lium dicitur ἀποκάλυψις μυστηρίων χρόνοις αἰωνίοις σφραγισμένη --- Rom. Cap. XVI, 25. 26. add. 1 Tim. III, 16. Jam vero tantis apparatibus sub V. T.; omnibus istis cultus Levitici, & sacrificiorum imprimis, adumbrationibus, à Deo ipso institutis; tam singularibus descriptionibus Messiae promissi in humanum genus *meriti*, conf. Jes. LIII. opus non fuisset; neque tanta historia de toto Jesu Nazareni curriculo vitæ, qui se tanquam Messiam promissum irrefragabilibus argumentis demonstravit; uti nec inprimis de passionibus & cruciatibus Ejus singulis, & denique de morte in cruce, eam vero subsecuta gloriosissima resurrectione, opus fuisset, si nihil ultra, quam præconem egisset: *Deum hominibus peccatoribus si respiscant, & ad frugem redire velint, favere velle.* Quæ quidem methodus si tranquillare conscientias posset, nulla istiusmodi revelatione indignissemus.

§. XI.

Æque minus, vel adhuc multo minus

- 3) δικαιοσύνη Θεῶν interpretari possumus per *pietatem & probitatem* ipsius hominis, quæ coram Deo valeat, ipsique complacita sit. Celeb. *Tellerus* ista verba in nostra vernacula ita reddit: *wahre Frömmigkeit und Rechtschaffenheit.* Post allegationem multorum dictorum hæc verba subnectit: „*diese Frömmigkeit nun wird genannt eine Gerechtigkeit Gottes, oder mit Luthern zu reden, die vor Gott gilt. Rom. I, 17. III, 21. 25. 26. X, 3. (I, 32.), imgleichen eine Gerechtigkeit aus dem Glauben. Rom. IX, 30. 12. X, 6. weil sie die Hauptsache des Christenthums und der Religion Jesu ist, die nemlich unter Glauben so oft zu verstehen ist, so oft besonders derselbe dem Gesetz entgegengesetzt wird — und eine Zugerechnete Phil. III, 9. &c. in so fern dem zum Christenthum übertretenden Juden oder Heyden der*

bb) Hinc in *Hesychii* Lexico voci ἀποκάλυψις adjungitur: πρόγνωσις, προδειξια.

cc) *Suiceri* supra laudatus thesaurus, p. 448.

der bisherige Mangel derselben bey dem künftigen neuen Bestreben nach derselben vergeben seyn sollte,, dd) Ex pluribus, quæ in nota damus, patere videtur, Virum Doctiss. ex studio conciliandi cum sua sententia verba Lutheri: die Gerechtigkeit die vor Gott gilt, ad scopulum appulisse, unde facilius reditus non patuit, quam ut §. IX. citatis interpretibus se aggregaret. ee) Quapropter etiam opus non est novis responsionibus. Hoc unicum tamen monemus: *justitiam fidei & justitiam vitæ Glaubens- und Lebens- Gerechtigkeit*, sibi invicem manifestissime opponi. Conf. inprimis Cap. IX, 30. seqq. & Cap. XI, 6. ubi tota disputatio ad ipsum usque contradictionis principium deducitur. *Virtus certe, pietas atque integritas vitæ, Tugend, wahre Frömmigkeit und Rechtschaffenheit*, consistit in ἔργοις. Namque ipse animi affectus pius jam est ἔργον. Cum igitur χάρις & ἔργον (quodcunque quod hoc nomine

C 2

mine


dd) Wörterbuch des Neuen Testaments &c. 1773. p. 195. 196.

ee) Hac eadem pag. 196. & seq. Allgemeine Anmerkung: Aus den vorhergehenden Worterklärungen folgt nun, daß entweder Werkheiligkeit da in der Uebersetzung stehen sollte, wo Gerechtigkeit im Grunde nichts anders bedeutet, und dann der Gegensatz seyn, Frömmigkeit, Rechtschaffenheit; oder das Wort Gerechtigkeit auch im zweyten Fall beyzubehalten ist, wie Luther gethan hat, wenn es im ersten Fall von dem Uebersetzer ausgedrückt wird, damit die gegenseitige Beziehung merklich bleibe. Und da dann alles auf die Erklärung ankommt, so ist zwar ein grosser Unterscheid unter der jüdischen und christlichen Gerechtigkeit, aber nicht eben sowohl unter der Glaubens- und Lebens- Gerechtigkeit; die Apostel setzen nie die eine der andern entgegen ---

Ceteroquin hæc subjunguntur: in den Zusätzen zu seinem Wörterbuch des N. T. p. 53. 54. 2 Cor. V, 21. würde ich (das Wort Gerechtigkeit) auch in der Bedeutung der Frömmigkeit, Rechtschaffenheit nach S. 197. nehmen und übersetzen:

„daß wir durch ihn der vor Gott allein gültigen Rechtschaffenheit fähig und theilhaftig würden,,.

Uebrigens ist es den Gelehrten bekannt, daß wie S. 193. bemerkt worden Gerechtigkeit für Gutthätigkeit, nicht allein bey den Talmudisten, sondern auch bey den Arabischen Schriftstellern häufig vorkommt, so daß selbst jedes Almosen so genannt wird.



mine venire potest; propositio enim *universalis* est) *contradictorie* sibi opponantur, contradictoria quoque debet esse *justitiæ fidei* & *justitiæ vitæ* oppositio; non tamen alio sensu, quam si ut *media justificationis* coram Deo spectentur.

§. XII.

Nunc vero

- 4) indicandum est, quo sensu nos capiamus *δικαιοσύνην Θεῶ*, quibusque fulti argumentis ita statuamus.

Δικαιοσύνην Θεῶ talem intelligimus, qualis in Evangelio Jesu Christi revelatur v. 16. cujus particeps fit *πᾶς ὁ πιστεύων*, *Ἰουδαῖος καὶ Ἕλληνας* v. 16. quæ est *ἐκ πίστεως εἰς πίστιν* v. 17. quæ est *εἰς σωτηρίαν* v. 16. qua carent *ex se ipsis* omnes homines, tum *gentiles* Cap. I, 18. --- tum *Judæi* Cap. II. & III. --- 20. (conf. §. I.). Hæc justitia absque lege manifestata est, sed tamen prænunciata in V. T. Cap. III. 21. (sive testimonium habens per scripta Mosis & Prophetarum); est *nimirum justitia Dei* per fidem in *Jesum Christum* v. 22. (conf. Gal. II, 16.) eaque *διὰ τῆς ἀπολυτρώσεως τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ* v. 24. (adeoque acquisita & parta per Jesum Christum, interposito inæstimabili *λύτρω* Matth. XX, 28. 1 Petr. I, 18. 19.) Hoc fine Deus Jesum Christum proposuit *sacrificium expiatorium* per fidem in sanguine ipsius in demonstrationem justitiæ suæ, Rom. III, 25. ut ipse esset justus & justificans eum, qui ex fide est. v. 26. Proinde hæc justitia *aliena* est, de qua homini gloriari non licet, cum non nisi *per fidem* eam accipiat. v. 26. 27. Unde Paulus v. 28. negat alia via justificari hominem, quam *per fidem*. ff) Ut hoc dilucidius adhuc de-

clare ff) Itaque b. *Lutherus* in Textu & re ipsa solidum fundamentum habuit, cur interfereret hanc voculam: (allein) *durch den Glauben*. Conf. b. *Bengelium* simplicitate quadam amabili hæc proponentem in Gnom. ad.h.l.

In quæstionem veniunt duo:

Fides & opera 2.

Excluduntur opera 1.

Supereft fides sola 1.

claretur, hæc justitia *vel reo imputari*, mediante fide, dicitur Cap. IV, 5. gg) Atque qua ratione Jesus Christus hanc justitiam paraverit, id uti succincte, ita nervosissime exponitur Cap. IV, 25. hh) Urgentur hæc porro per totam epistolæ partem inprimis priorem usque ad Cap. XI. inclusum, ita ut nusquam homini aliquid tribuatur, omnia vero ubique gratiæ, sed *per Jesum Christum*. Cap. V, 1. -- δι ε̅ και προσαγωγην ἐχίκαμεν (nacti fumus) τῆ πίσει εἰς τὴν χάριν ταύτην -- v. 8. 9. -- ἐτι ἀμαρτωλῶν ὄντων ἡμῶν χρισὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἀπέθανε πολλῶ ἐν μᾶλλον δικαιοδέντες νῦν ἐν τῷ αἵματι αὐτῆ σωθῆσόμεθα δι αὐτῆ ἀπὸ τῆς ὀργῆς. add. v. 11. v. 17. 18. 19. 21. ἵνα ἡ χάρις βασιλεύσῃ διὰ δικαιοσύνης εἰς ζωὴν αἰώνιον, διὰ Ἰησοῦ χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν. Cap. VI, v. 7. ii) v. 23. τὸ δὲ χάρισμα τῆ Θεῶ, ζωὴ αἰώνιος ἐν χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν. Cap. VII, v. 4. v. 25. Cap. VIII, v. 1. ἐδὲν ἄρα νῦν κατάκριμα τοῖς ἐν χριστῷ Ἰησοῦ --- v. 3. v. 10. v. 31. εἰ ὁ Θεὸς ὑπὲρ ἡμῶν, τίς κατ' ἡμῶν. v. 32. ὅσγε τοῦ ἰδίου υἱῆ ἐκ ἐφείσατο, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν αὐτὸν πῶς ἐχὶ και σὺν αὐτῷ τὰ πάντα ἡμῖν χαρίζεται. v. 33. τίς ἐγκαλέσει κατὰ ἐκλεκτῶν Θεῶ; Θεὸς ὁ δικαίων. v. 34. τίς ὁ κατακρίνων; χριστὸς ὁ ἀπο-

C 3

gg) Das Wort *ἀσιβῆς* ist dem hebraeischen *גמול* *gemaes*, wofür es häufig die griechische Uebersetzung des A. T. gebrauchet, und dieses fasset eigentlich den Begriff eines Strafwürdigen in sich, und stehet ordentlich in dieser Absicht dem *πίσι* entgegen, wie *πίσι* *δικαίῳ* und *γῶρη* *καταδικάζειν*, κρίνειν ἀδικον, καταγινώσκειν. Celebert. Zachariæ paraphr. Erklärung des Briefes an die Römer. 1768. p. 17. 18.

hh) Sub voce (*παρέδωκεν*) & decretum divinum de Christo pro nobis substituendo, & executio per traditionem in captivitatem, crucem & denique mortem ipsam, comprehenditur. conf. Matth. XXVII, 26. (*ἡγέρθη διὰ τὴν δικαιοσιν ἡμῶν*) a resurrectione Jesu Christi certitudo omnis & πληροφορία fidei nostræ pendet. 1 Cor. XV, 17. ac absque illa neque daretur *justificatio*.

ii) *δεδικαίωται ἀπὸ τῆς ἀμαρτίας*) nihil jam in eum juris est peccato --- *justus est*, ratione *praeteriti* a reatu; ratione *futura* a dominio v. 14. b. Bengelius ad h. l.

ὁ ἀποθανὼν --- &c. Cap. IX, v. 30--33. Cap. X, v. 3. ἀγνοῦντες τὴν τῆ Θεῶ δικαιοσύνην, καὶ τὴν ἰδίαν δικαιοσύνην ζητούντες ἤσασαι --- v. 4. τέλος γὰρ νόμος Χριστὸς εἰς δικαιοσύνην παντὶ τῷ πιστεύοντι --- kk) v. 9. καὶ πίστευσης ἐν τῇ καρδίᾳ σου, ὅτι ὁ Θεὸς αὐτὸν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, σωθήσῃ. Cap. XI, 6. conf. §. XI. Cum pars dogmatica hic finiatur, ulterius non progredimur.

§. XIII.

Quoniam vero voces δικαῖον, δικαῖοθαι, v. gr. Cap. III, 20. 24. 28. Cap. IV, 2. Cap. V, 1. 9. Cap. VIII, 33. Θεὸς ὁ δικαίων, itemque δικαίωσις Cap. IV, 25. Cap. V, 18. nec non δικαίωμα Cap. V, 16. 18. ab Apostolo in sua tractatione adhiberi solent, earum vera significatio nunc paucis expediri poterit. Cum enim ista δικαιοσύνη Θεῶ acquisita & parta sit per Jesum Christum, cumque sit respectu nostri aliena, sed tamen vel reo imputetur per fidem §. XII. &c. satis liquido patere arbitramur, harum vocum significationem esse forensē, ita ut Deus homini imputet ἀπολύτρωσιν Jesu Christi Cap. III, 24. & omnes, quotquot huic innituntur, absolvat. Quid igitur est δικαίωσις, quam absolutoria, hoc ordine, sententia? Et quid δικαίωμα, quam totius processus hujus fundamentum? II) In V. etiam Test. significatus forensis indubius est. Devt. XXV, 1.

כִּי יִהְיֶה רֵיב בֵּין אַנְשֵׁיכֶם וְנִשְׁוּ אֶל הַמִּשְׁפָּט וְשִׁפְטוּ וְהִצְדִּיק אֶת הַצָּרוּק וְהַרְשִׁיעוּ אֶת הַרְשָׁע׃
LXX. Interpp. vertunt: δικαίωσιν. add. Prov. XVII, 13. Jof. L, 8. &c.

kk) Τέλος hic idem valet, quod πλήρωμα. conf. 1 Tim. I, 5. cum Rom. XIII, 10. Christus est τὸ πλήρωμα, impletio & consummatio Legis, adeoque finis Legis, nempe decalogi, & universæ œconomiz ac doctrinæ mosaicæ. Vide prolixius hæc explicantem Celeberr. Carpzovium ad h. l.

II) b. Bengelius Gnom. ad h. l. Δικαίωμα, est quasi materia δικαίωσις justificationi substrata, obedientia, justitia præstita. *Justificamentum* liceat appellare, ut ἰδοκίωμα denotat firmamentum &c. Aristoteles L. V. Eth. c. 10. opposita statuit ἀδικημα & δικαίωμα, atque hoc describit τὸ ἐπικέρθωμα τῆ ἀδικήματος. Id quod tantundem est atque satisfactio.

&c. Consentit egregie in forensium significatum versio Syriaca, uti alias, ita in primis ad Rom. IV, 5.

mm) : ܠܘܕܢܐ ܘܘܢܐܘܢܐ ܠܘܢܐ ܠܘܢܐ ܠܘܢܐ

Ex Patribus sufficiat nobis vel unicum testimonium v. gr. Theodoretus ad Rom. VIII, 33. ἐπιπὼν ὅτι Θεὸς βοηθῆντος τίς ἡμᾶς λυμανεῖται; προσέθηκεν, ὅτι τῷ Θεῷ δικαίως ἀποφάναντος, τίς κατακρίναι δύνησεται; Plura dabit Suicerus in thesauro jam laudato. Hesychius conjungit verba δικαῖον, δικαόζειν ac δικάζειν, adeoque istud quoque forensibus connumerat. nn) Suidas: δικαῖον, inquit, δύσδηλον, τὸ τε κολάζειν καὶ τὸ δίκαιον νομίζειν. oo) Disputatur autem, an apud profanos quoque auctores hoc verbum utroque isto sensu usu veniat, cum *absolutionis*, tum *condemnationis*. De quo posteriori cum extent exempla quam plurima, equidem tamen nullum novi, quod priori *absolutionis* significatui prorsus, & ex asse satisfaciat. pp)

§. XIV.

Quænam igitur tandem est ista δικαιοσύνη Θεῷ? Est totum beneficium Dei in Jesu Christo ad salutem peccatoris. Ita in unum nervum omnia redegit b. Bengelius Gnom. ad h. l. Atque idcirco

mm) Versio hæc non solum hebr. דַּיָּוָה in sensu forensi retinet, sed & per voculam דַּיָּוָה Lutherus cap. III, 28. allein interserenti pridem prælusit.

nn) Vid. ejus Lexicon ex edit. b. Joannis Alberti p. 994.

oo) Lex. edit. Colon. 1619. p. 732. Δικαιοσύνη hic quoque dicuntur δικαιοσύνη & κολασήνη.

pp) b. Deylingius in præstantissima dissertatione de voce Δικαιου Observat. ejus sacr. subjuncta, in contrarium hic urget locum Æschyli, quando Agamemnon dicitur:

κακῶ χαλκῶ τρόπῳ
τρέβω δὲ καὶ προβολαῖς δικαιοθεῖς.

Sed tamen ipse etiam addit: „ utut autem in antiquissima Græcia τὸ δικαιοῦν compareat, nihilo tamen fecius negari haud debet, nihil plane interpositum esse discriminis sacrum inter & profanum vocis usum. Profani enim in sensu forensi & de rebus usurpant & de personis -- scriptura diviniior tantum de personis in sensu forensi adhibet, ut adeo significet: justum pronunciare & à peccatis absolvere.„ p. 567.

∞ *Justitia Dei nuncupatur, quoniam Deus eam invenit & paravit, revelat & donat, approbat & coronat.* 2 Petr. I, 1. add. 2 Cor. V, 21. Proinde ut Pf. LI, 19. constructio **וְנָחֵי אֱלֹהִים** se habet, ita hic **δικαιοσύνη Θεῶν**. Ex Philologis & Criticis facti Theologi, non propter auctoritatem Compendiorum & Systematum, sed per evidentes interpretationis regulas convicti, in idem consentiunt. Nonnisi aliquorum, qui nunc ad manus sunt, declarationes paucis dabimus. Ex. gr. b. *Baumgartenius*: „die dem Menschen zu ertheilende Gerechtigkeit; sowohl hauptsächlich und vornemlich in der Rechtfertigung durch Zurechnung der Versöhnung und des Verdienstes Christi zur Vergebung der Sünden -- als auch in der damit verknüpften innern Ausbesserung, Zurechtbringung und Sinnesänderung, desselben &c. qq) *S. R. Carpzovius*: „Jesus Christus Θεὸς ἡμεῶν qui nostra justitia est, Jer. XXIII, 6. 1 Cor. I, 30. in Evangelio distincte explicatur: ipse, per fidem in nomen ejus ac meritum, efficacissime nobis imputatur; vi meriti ipsius, per fidem apprehensi, peccata remittit Deus, & nos habet pro justis atque a culpa immunibus. rr) *S. Rev. Ernesti*, ut alias, ita in recensione Paraphrasis Doctiff. *Zachariae* suam sententiam satis declaravit. ss)

Ex
qq) *Auslegung dieses Briefs p. 77.* ubi & hæc legas: „**Θεῶν** aber, Gottes, wird diese Gerechtigkeit genennet, α) in Absicht der wirkenden Ursach oder des Ursprungs derselben, weil sie von Gott verordnet, veranstaltet und zuwege gebracht worden, auch von ihm den Menschen angeboten, dargereicht und mitgetheilet wird; im Gegensatz gegen des Menschen eigene -- Gerechtigkeit -- β) in Absicht des Gegenstandes und des Verhältnisses, die Gerechtigkeit vorzustellen, die Gott wohlgefället, bey und vor ihm gilt.“

rr) *Stricturæ theol. & critic. p. 29.*

ss) *Theol. Bibl. Tom. IX, p. 685.* „Nach denen richtigen Begriffen, die der Herr D. von der Gerechtigkeit Gottes in der Einleitung gegeben hat, würde es besser also heißen: denn diese Lehre machet uns eine Gerechtigkeit offenbar und bekannt, die von Gott kommt, und von ihm als ein Geschenk dem Glauben gegeben wird, und zwar allen die denselben Glauben haben; welches der Erklärung Gottes gemäs ist, die er darüber in den Propheten gethan hat. Die Gerechtigkeit Gottes ist gewis nach dem
Pro-

Ex brevitatis studio unice Venerand. *Boysenium* adhuc nominamus, quod expresse commentatus est in nostram epistolam, & quamvis suam interpretationem aliter inflectere videatur, tamen quoad rem ipsam egregie concordat. tt)

§. XV.

Veruntamen nunc reliquæ voces investigandæ sunt.

1) Quid *πίσις* sit? 2) quid ista phrasis: *ἐκ πίσεως ἐς πίσιν* significet?

Quod igitur ad prius punctum attinet, facile & distincte ad illud responderi posse, prorsus existimamus, siquidem, uti fecimus, iusta & legitima definitio *Evangelicæ Dei justitiæ* præmissa sit. Jam enim

Prophetischen Sprachgebrauche so zu verstehen, und es wird offenbar auf die Stellen, als beym Esaj. 51, 5. gesehen, wo Gott diese Gerechtigkeit durch den Messiam verheisset, meine Gerechtigkeit kommt. Entscheidend hierüber ist die Stelle Pauli Phil. 3, 9. ἡ ἐκ Θεοῦ Nihil vero Evangelico Doctore Theologiæ dignius legi potest, quam quod Vir S. Rev. recentissime admirabili cum facilitate ac evidentia proposuit. Siehe: Christliche Predigten für das thätige Christenthum Sc. 1773. Dritte Predigt: dass der Mensch die wahre Gerechtigkeit blos als ein Geschenk der göttlichen Güte und allein um des Glaubens willen an Jesum hoffen und erlangen könne. Ueber Röm. 3, 23-25. S. 53. Purissimam doctrinam de redemptione & satisfactione Jesu Christi; de fide nil operante, sed istam tantum apprehendente; de sanctificatione per gratiam Spiritus S. effecta, novoque obsequio, legas pagg. 62 - 64.

tt) „Die Gerechtigkeit Gottes ist so viel als die Unschuldigkeit Gottes. Nachdem Gott bey dem Opfer Jesu seinen Hafs und Abscheu gegen die Sünde hinlänglich bewiesen hatte, war er berechtigt, den Menschen seine Gnade und Liebe zuzuwenden. Er konnte nun sein gesprochenes Verdammungs - Urtheil aufheben, und die gefallenen Sünder der verheissenen Seeligkeit theilhaftig machen. Denn seine Ehre war gerettet, und seine Heiligkeit, die das Böse nicht will, und wollen kann, musste bey der Begnadigung der Menschen von allen vernünftigen Wesen in ihrer untadelhaften Reinigkeit erkannt und angebetet werden. Die unendliche Verführung, welche der Sohn Gottes leistete, hatte einen doppelten Erfolg. Der erste war die Gerechtigkeit Christi selbst, und der andre die Gerechtigkeit Gottes. Erklarung des Briefes Pauli an die Römer. 1771. p. 119. Quam circumspecte contra Edwardum, Anglum, b. Brukerus suam sententiam pronuntiaverit. Vid, *Englisch Bibelwerk* 14ter. Th. p. 187.

enim πίσις eo tantum respectu *vv*) à nobis considerari potest, & debet, quem habet ad δικαιοσύνην Θεῶν, tendentem εἰς σωτηρίαν v. 16. ut homo per πίσιν utramque impetret. Cum vero πίσις (subjectiva s. qua aliquis credit), in genere, apud auctores quoque profanos, notet certam de re aliqua factove persuasionem, atque fiduciam in aliqua promissione positam; *ww*) quid quæso in sacris erit, nisi fiducia in merito Christi: fiducialis apprehensio gratiæ Dei in Evangelio propter Christum promissæ? Hoc sensu omnino venire censemus, præter nostrum locum, Rom. Cap. III, 24. 25. IV, 24. 25. Cap. V, 1. 2. X, 9. καὶ πίστεως ἐν τῇ καρδίᾳ σε. Eph. VI, 16. Phil. III, 9. 1 Thess. V, 8. &c. Hoc sine etiam dicitur πίσις εἰς τὸ ὄνομα Χριστοῦ. Joh. I, 12. Per *acceptationem Gratiae Dei* recentiores quidam §. IX. interpretati quidem sunt, πίσιν. Bene! (sed cur tamen) altum silentium est, de fundamento totius negotii, merito Jesu Christi? *xx*) Hoc vero ex idea δικαιοσύνης Θεῶν exulare non posse, supra evicimus. Ut igitur tota notio πίσιως, de qua nobis sermo hic est, plene ac ubertim exhibeatur, adscribemus Illustr. & Magnif. Dn. Cancellarii REVSSII declarationem: „Credere in Jesum Christum is recte dicitur, qui credit ex animo, id est, intima cum

vv) Vocem πίσις etiam in ipso Cod. sacr. diversis significatibus subiacere, nemo negaverit. Illos vero omnes recensere a nostro instituto alienum esset. Vid. Suicerus in laudato thesauro. Celeb. Tellerus multum sibi operæ dedit hoc in articulo. Cum vero ad nostrum locum annotet: — das erstemal bedeutet also Glaube die Religionslehre — Wörterbuch &c. p. 215. nescio equidem, an in idem quisquam consentiat.

ww) πίσις. ἀπόδειξις.) Arist. Rhet. I, 1. p. 290. ἡ δὲ πίσις, ἀπόδειξις τις τότε γὰρ πιστεύομεν μάλιστα, ὅταν ἀποδείξῃται ὑπολάβωμεν. Biel. Hesychius p. 966. Atque Henr. Stephanus thes. ling. græc. Tom. III. p. 139. πίσις, fiducia, Θάρρος, ut quidam Schol. Thucyd. τῇ πίσει exponit τῷ θάρρει in hoc loco Libr. I. p. 38. ἐπιθυμῆται γὰρ οὐδεὶς ὅμοια τῇ πίσει καὶ ἐργῶ ἐπιζηρῆται. In Plutarcho autem non infrequens πίσιν ἔχειν pro *confidere*.

xx) En tibi definitionem Semlerianam: πίσις occupat cognitionem, & notionem justas de Deo; est contrarium impietatis destinatae, superstitionis, opinionis vanæ, & fictæ religionis; est rerum divinarum νοητων, νοημένων, hæc mentis præstantia ceteris Θεησκειαις cunctis deest. (quæ verba posteriora nos non intelligere, fatemur. Paraph. epist. ad Rom. D. 9. (23)).

voluptate animi & acquiescentia, quod Jesus, unigenitus Dei filius, passione & morte sua peccata humani generis expiarit, & Deo mundum reconciliarit, quodque in thronum Dei, Patris sui, eventus omnia, quæ ad salutem hominum pertinent, potentissime & fidelissime procuret. Atque inde etiam confidit, quod sibi quoque parta per eum sint omnia illa bona, quorum possessione & fructu salus animæ & beatitudo æterna continetur, & quod pro infinita illa, quam in Cælo terraque habet, potestate, proque immenso illo, quem in gravissimo redemptionis opere demonstravit, in genus nostrum amore, & singulari ea, qua in eos, qui eum ut Dominum & Salvatorem suum amplectuntur, fertur benevolentia, facturus sit ea omnia, quæ pro summa sua sapientia Ipse ad veram atque æternam salutem & beatitudinem suam necessaria aut profutura esse viderit., yy) Cumque nunc insuper hæc *Justitia aliena, ac solo Jesu Christi merito parta sit, atque vel reo imputetur* §. XIII. abunde patet, hancce fidem nihil quicquam præstare, sed hominem tantummodo grata manu acceptare, quod illi porrigitur. zz)

§. XVI.

Posterius punctum tangit evolutionem phrasidis: *tu nisius is nisiu*. Hic quot interpretes, tot fere sententiarum divortia videas. Neque tamen hic dissensus ita comparatus est, ut quædam interpretationes sibi non possint sub-

yy) Elementa Theol. Mor. Cap. III. §. VIII. add. §. IX. in quo distincte exponitur, quid igitur etiam sit *credere in Deum per Jesum Christum*.

zz) Non possum, quin hic exhibeam quædam verba S. Rev. Ernesti ex libr. cit. p. 60. „*Wie und wodurch hat der Glaube einen solchen Segen? Hat er ihn durch sich selbst, als eine Wirkung und Thätigkeit des Geistes? Hat diese, und dadurch der Glaube, einen so grossen Werth, dass ihm deswegen die Gerechtigkeit gegeben, dass er dem Menschen für Gerechtigkeit angerechnet wird? Bey weitem nicht. Das würde ein grosser und schädlicher Irrthum seyn: in den ehemals die Juden gefallen sind, und, dadurch verführt, den Glauben zu einer Tugend, zu einem gesetzlichen Werke, zu Gehorsam gemacht, und die ganze Religion verkehrt haben. --* § p. 61. „*Die heil. Schrift sagt, dass der Glaube die Gnade Gottes, und der Gläubige Jesum annehme --- wäre es nicht höchst ungereimt, wenn wir einer Handlung, dadurch wir ein grosses Gut, das uns angeboten wird, annehmen, einen so grossen Werth beylegen wollten, dass dadurch der Mensch des grossen Guts würdig würde, und verdiente, dass es ihm um derselben willen gegeben und mitgetheilet würde.*„

subordinari, vel aliæ quoad summam rei tamen amice conspirent. Nos ex similibus phrasibus quæ oritur, expositionem nostram facimus. Ita Rom VI. 19. *καρτεήσατε τὰ μέλη υμῶν ὡς δόξα -- τῇ ἀνομίᾳ εἰς τὴν ἀνομίαν*, (ita ut unum scelus instrumentum esset alterius, eorumque concatenata series existeret). Sic quoque 2 Cor. II. 6. *ὁσμὴ θανάτου εἰς θάνατον*, odor perpetuandæ mortis, uti contra *ὁσμὴ ζωῆς εἰς ζωὴν*. Ac denique 2 Cor. III. 18. *ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, continuata & mera gloria*. Unde b. Bengelius ad h. l. „Ex fide in fidem, dicit fidem meram., Justificatio incipit *ἐκ πίστεως*, perficitur *εἰς πίστιν*, ita ut initium, causâ, medium Justificationis, ex parte hominis, sit Fides sola, unica. Et sic ad æternitatem ambulamus (tantum) *διὰ πίστεως*. 1 Cor. V. 7. Eadem ratione commentatus est b. Wilsius: „Hæc justitia est *ex fide*. Retegitur, offertur, confertur Evangelio, ceu manu exhibentis eam Dei: accipitur fide, veluti manu apprehendentis eam animæ. Porro sic est *ex fide*, ut *ad fidem* sit. Est *ex fide*, qua credo testimonio Patris de Filio suo, & de vita, quæ in ipso est: denique, qua recipio eum, ut meus est Servator. Est *ad fidem*, qua credo & firmiter persuasus sum, Deum esse clypeum meum, & mercedem meam maximam; Christum esse dulcissimum Servatorem meum., Idem postea addit: *ex fide ad fidem*, ut denotetur, fide *inchoari*, & fide *consummari*, adeoque unam hic fidem esse, quæ ab initio ad finem usque sola valeat, ut nec ipsa in subsidium veniat antecedentium operum, nec in subsidium adfiscat subsequencia., aaa) Quodsi nunc præcipuas ex reliquis interpretationibus conferimus; aliæ quidem videntur esse justo longius petiæ, v. gr. illa Cl. Richteri: *ex fide V. T. & Judæorum in fidem N. T. & gentium* quoque Cap. III. 30., itemque *Cel. Heissenii: ex fide Pauli in fidem Romanorum* Cap. I. 12. &c. Aliæ pari fere jure cum nostra certant, v. gr. *Cel. Moldenhaueri & S. R. Zachariæ, ex fide Dei offerentis in fidem hominum accipientium.* bbb) Aliæ denique subordinari nostræ rite possunt, v. gr. editoris Lockii, *Cel. Hofmanni: „aus dem Glauben der nach Göttes Absicht täglich wächst., ccc) Ill. Auctoris der erklärenden Umschreibung sämtlicher Apostol. Briefe. Halle 1765. -- „deren (Gerechtigkeit) auf einem stets wachsenden und zunehmenden Glauben beruhet., ddd) Neque minus huc referenda sunt *Cel. Bahrtdii* verba: „von einer Stufe des Glaubens zur andern., i. e. Hæc, inquam, sententiæ nostræ subordinari possunt, cum fides non tantummodo gradus admittat, sed & DEUS indies eam augere paratus sit, ut *δοξασον* ejus longe pretiosius auro corruptibili, ignæ quidem explorato, inveniatur ad laudem & honorem & gloriam, tum futuram, cum revelabitur Jesus Christus.*

aaa) in Miscellaneis Tom. II. Exercitat. XXIII. p. 736. seq.

bbb) b. Bengelio dignissimus Filius, Eccles. Tubing. Diac. meritiss. has citationes jam dedit in edit. Gnom. novissima.

ccc) *Locks* parapar. Erkl., *Epistel an die Römer.* p. 21. a).

ddd) *Ernesti theol. Bibl. Vter Band.* p. 876.

* *Clar. Braunii* interpretatio forsitan secundæ classi nostræ accensenda fuerit, de qua *Vid. Celeberr. Ernesti neueste theol. Bibl., erster Band, p. 311.*

© The Tiffen Company, 2007

TIFFEN® Gray Scale

A	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
	R	G	B			W	K	G						C	Y	M			

© The Tiffen Company, 2007

TIFFEN® Color Control Patches

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black

Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8